



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XVII. Suis exhortationibus magnum fecit fructum in multis  
sæcularibus, ac Religiosis personis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

## CAP V T XVII.

*EFFICACIBVS SVIS EXHOR-  
tationibus magnum fecit fructum in  
multis secularibus, ac Reli-  
gioſis personis.*

**A**LIVD genus armorum qui-  
bus P. Balthassar vrebatur ad a-  
nimas expugnandas, erat effi-  
cacitas, & spiritus, quo exhor-  
tationes de rebus spiritualibus  
faciebat: quamuis D. N. cuius  
iudicia in distribuendis talen-  
tis & gratijs gratis datis sunt occultissima, non  
dederit ei talentum, ut ē suggestu concionaretur,  
quemadmodum multis alijs concionatoribus: ut  
haberet aliquid ex quo humiliaretur, & alijs ce-  
deret: ideoque ex humilitate noluit hoc ministe-  
rium obire in locis frequentioribus. Cuius defe-  
ctum suppleuit Deus per insigntes alios concio-  
natores, qui magnum ex eo multere fructum ad-  
ferebant; & plurimos attrahiebant ad Collegium,  
ut ipsum Patrem cognoscere possent. Quare cūm  
ipse Rector esset Collegij Metinenſis, prospexit  
Deus, ut eō mitteretur concionator P. Baptista  
Santiū, quem Deus ad excelsam adeo & iucun-  
dam euexerat orationem, vt ipse P. Balthassar in  
quadam occasione ex eius ore audiret: si quidquid  
solatij Deus in terra fecit in vnum coniungeretur,  
essetque æternum, se tamen totum illud facile  
com-

commutaturum, vel pro vno horæ quadrante ius gratiæ, ac fauoris, quem Deus illi exhibebat, item: si certò sciret, se per integrum diem non moriturum; dolor huius cognitionis sufficeret ad vitam sibi adimendam. Ex quo appetet eius amoris magnitudo erga Deum: siquidem tam insignes ab eo fauores in hac vita accipiens, ita debat desiderio videndi & fruendi eo, quem ratiopere diligebat: ut certa vel vnius diei dilatantum illi cruciatum & dolorem esset allatura, quamuis postea Deus (qui nouit suos electos, in ea remortificare, quam ipsi plurimi faciunt, maximè desiderant, & grauius sunt latrui) eam ponnam dederit deglutriendam: quia multo ante reuelauit diem & horam obitus sui. Et in suo breuiario scriptum inuenit: tali die, & tali hora morieris; vide, quomodo viuas: & ita verè vixit, ut mors eius valde fuerit foelix, & preciosa. Hoc vir sanctus, magna familiaritate fuit Patri Balthassari coniunctus; tantam habuit de eius Spiritu opinionem, ut Tyronibus diceret: habetis Magistrum non solum vittute prædictum; sed ipsummet virtutem. Conueniebant aliquando vixique simul ad agendum de Deo, mutuò seipso inflammantes cum tanto Spiritu in amore diuino: ut quidam sæcularis Doctor audiens illos aliquoties colloquentes, dixerit, videri sibi eos euasiisse in quosdam Seraphinos. Hoc feruore cooperunt seipso mutuò adiuuare in iuuandis animabus. Nam P. Baptista feruentibus suis concionibus totam domum Auditoribus replebat, faciens extraordinarium in animabus fructum;

&amp; fuit



& stupendas multarum Conuersiones, quæ graui-  
bus vitijs, & illicitis cōtractibus valde implicate  
tenebantur; eas verò, quæ perfectioni studebant  
exstimulabat, vt progressum in ea facerent,  
cum his autem peculiariter agebat P. Balthassar,  
feruorem illis addens, & suis de Deo exhorta-  
tionibus promouens; multis interdum ad eas  
audiendas in templum conuenientibus; inter-  
dum verò priuatim cum singulis colloquendo:  
semper tamen cum tanto spiritus feruore, vt  
ipsa audientium corda permutaret; &, vt suprà  
dictum est, igne quasi malleoque illos cælans, in  
virtutibus perficeret, vt subiectis exemplis appa-  
rebit.

REFERENTE quodam graui ex nostris  
Patre cognitum est: cùm virum quendam nobil-  
em ægrotantem ex inordinato, adeoque vehe-  
menti cuiusdam fœminæ amore, (qui tandem  
illum ad sepulchrum deduxit:) ægrotantem  
Sanctus Pater Balthassar, Deo ita disponente,  
visitaret; tanta eum vi verborum, & ratio-  
num efficacitate cum eo locutum esse, vt cor  
eius penetrarent; essentque tanquam gladij, &  
tela quædam, quibus eius vita, quamdiu du-  
ravit, continuè transfigeretur: Cùm enim tur-  
pi illo amore, viuens vreretur: (etiam-  
si intellexisset, se euasurum, si furentem  
suum appetitum expleret) mori tamen po-  
tius vellet, quàm Deum offendere, &  
proximum scandalizare: quod procul dubio  
rari simum est; magnumque testimonium il-  
lius ignis, quo in virtute Dei Pater loquebatur,  
qui tantum cœlestis amoris ignem in illius  
nobilis

nobilis corde efficere potuit, ut vehemētem ad carnalem amorem reprimeret. Ex quo etiam a *Cant. 8. 6.* paret, qua ratione omnis a *dilectio* dura sit, ac *tis sicut mors;* siquidem turpis mortem adfert corporis; honesta verò, & studiosa, hanc accepta amplectitur, ne vitam perdat spiritualem.

E A D E M efficacitate effecit alias mutationes in aliquibus adolescentibus diuitibus ac robustis Metinensibus, quos impulit Societatem ingredi qui tamen adeò erant ab his cogitationibus moti, ut hastiliudijs potius, alijsq; Equitum exercitijs attenderent, quam de ingredienda Religione cogitarent. Inde vocauit Deus Patrem Gabrielem Duennium, & postea etiam eius fratrem Bernardum: qui insperata suā mutatione, & ingresso in Societatem Oppidum illud plurimum adiunxerunt, & vterq; in Societate mortuus est cum magnō patientiæ & humilitatis exemplo, quod probuerunt in multis morbis, & imbecillitatibus quas sunt perpetui, & nominatim Bernardus, et si multis, ac grauibus etiam ab ipso Tyrochus esset affectus, non tamen efficere potuerunt, unde delicias, quibus semel renunciauerat, reueneretur; eligens potius in doloribus & cruciatiōnibus & multis etiam opprobrijs habitare in domo Dei, quam in mundi Palatijs, cum delicijs & iuptatibus.

I B I D E M peruicit profuitq; multis mercantibus, & negotiorum gestoribus, tunè Metinensibus: quibus persuasit, ut in medio contubernarum occupationum, tempus aliquod in oratione, & agentes cum Domino D.N.J. de-

lute suarum animarum: Eorum vnuſ fuit Afensius  
 Gallianus ditissimus ac potentissimus: quem fa-  
 miliari ſua conuerſatione valde reddidit exem-  
 plarem, tantumque ille in Oratione, & familia-  
 ritate cum Deo profecit, vt diceret: ego homini-  
 bus Societatis non Orationem, ſed Obedientiam  
 inuideo; nam, negotiorum tumultu expedito,  
 ascendebat ad Oratorium, quod domi ſuę habe-  
 bat: dicebatq; Deo: Domine huc venio, vt quieſ-  
 cam tecum: quem etſi Dominus, cæleſtium con-  
 ſolationum abundantia viſitaret: dolebat tamen,  
 deeffe ſibi theſaurum illum, quo Religiosi gau-  
 dent, eò quod omnia ſua facere poſſint ex Obe-  
 dientia, ac direcțione Prælati, Patrisque Spi-  
 tualis, quem ſemper ad manum habent, quo ta-  
 men modo ipſi licebat, defectum hunc ſupplebat,  
 obediendo ſuo Confeſſario, multisque Eleemo-  
 nyis largiendis; diuitijs ſcilicet querens amicos,  
 qui eum reciperen in æterna tabernacula. Inter  
 alias autem pias Eleemosynas, dedit Collegio  
 præclarum & ſplendidum tabernaculum, ad ſo-  
 lennia ſanctissimi Sacramento, cui erat valde de-  
 uotus, celebranda. Liciuſſet aliarum personarum  
 huius generis mutationes referre; ſed eās, quod  
 haic ſint ſimiles, prætero, contentus quendam  
 referre, qui, cum ſe per octoduum ad exercitia fa-  
 cienda in domum noſtrā recepiffet, tantum ei  
 luminis Deus impartiuit, vt videretur ſibi, eò vi-  
 quonon ſciuiffe viuere; ac proinde tunc viuere in-  
 cipere: antea enim negotia eum implicatum, &  
 quaſi præſtigiatum temuerant; tunc autem Oratio  
 dedit ei cor liberum, & extricatum, vt etiam in  
 iſpis negotijs cum quiete quadam viueret.

N Hoc



HOC spiritu cælestique agendi modo P. Balthassar plurimos ex varijs Statibus sensim lucrabatur, qui ad ipsum in domum nostram ordinariè veniebant; & ipse met ad illos, semel tantum in septimana ibat, modo hos, modo illos visitans; & sic ad finem anni omnibus satisfaciebat. Exibat tamen alias ad omnes, qui de rebus conscientia aliquid cum ipso conferre volebant; aut cum ipse id ad bonum animarum ita expedire iudicabat. In quo genere stupendum quiddam ei euenit cum quadam honorata valdeq; pia muliere, quæ aspiras ad profectum in virtute, cupiebat, ad nostram domum, Confessionis causa ordinariè accedere, quemadmodum aliquando fecerat, eo quod experiretur, se ibi voti sui compotè fieri. Sed vir eius & cognati parum ad Societatem affecti illam trahebant; & si quando intelligebant, illam ei iuuisse: verbo & opere illam vexabant. Inspiratione igitur diuina accessit ad P. Balthassarem pro remedio, rogans, ut semel in domū ipsius venire, virumque suum visitaret. Annuit Pater, & ad diem decretum conuocauit illa omnes cognatos, à quibus impidebatur, ignaros, in quem finem connoceatur; quibus simul existentibus, ingressus est P. Balthassar, & salutatione præmissa, cœpit loquaciter Christo Domino, & quād merito debeamus illi seruire: adeoq; præclara, & tanto seruore, ac vi locutus est, ut omnes fecerit flere; eosq; ita matauerit, ut ad Societatem valde affecti remanerent nec solum imposterū fœminā illam à pio suo defiderio nō retardarūt; sed eius potius exemplū secuti, statuerūt frequenter cōfiteri, & cōmunicare. A.D.H.V.C fuit admirabilior alia mutatio, quā fecit ceteriter facies traxerit per quoddam Religiosorū Monasteriū.



steriū: in quo erāt aliqui ipsi noti: Nā petētib. illis ab ipso; vt ad omnes simul exhortationē aliquam haberet, Pater annuit: tātaq; vi est locutus, vt omnib. omnino, nullo excepto persuaserit, vt per ostendū ad spiritualia Societatis exercitia facienda se reciperēt; & in Oratione mentali, spirituali lectio, & consciētię examine, sese occuparēt: māfitq; ipse cum eis, cū licētia P. Prouincialis, traditurus eis ipsa exercitia: quibus, & exhortationib<sup>9</sup>, quas octo illis diebus s̄æpe fecit, adeò fuit eorum profectus notabilis, & copiosus, vt eorū Prouincialis, vir valde insignis, hoc audiēs, statim ad eos venerit, vt re ipsa experiretur, quod audiuerat: qui cernēs: tātam quietē, recollectio, silentiū, & in omnibus exactā promptitudinē, valde obſtupuit, eosq; extimulans, vt in benē cōceptis alacriter, & feruēter pergerēt, visitauit P. Balthassarē, seq; ipsū & omnes suos Religiosos cū magna animi gratitudine ipsi obtulit, cupiēs & ipse eius esse discipul<sup>9</sup>.

H A B C sunt, quę Dei omnipotētiā, & ministriū sanctitatē, quorū operā ad ea præstanta vtitur, vehementer extollūt. Hæc ( inquit Cassianus ) sunt *Coll. 12.6.12.* opera, in quib. agnoscitur, ac deprehēditur, quām magn<sup>9</sup> sit Deus: cū scil. experimur, vel propriū, vel aliorū cor ita mutari, vt ex superbo fiat humile; ex auaro, liberale; ex prop̄eso ad delicias, valde pœnitēs; ex ignauo ac tepido, diligēs, ac feruēs: & certo quodā modo mai<sup>9</sup> est miraculū, tepidū hominē in feruētē cōmutari, quā improbū in bonū; improbus. n. videt suā malitiā, quę omnib. displicet, & ab omnib. improbatur; & ipse nouit, nisi emēdet se, nisi cōuertatur, se fore dānādū; at tepidus videtur sibi, vtcūq; bon<sup>9</sup>; & quāuis tardē, p̄grediatur, putat

N 2 se esse

se esse securum ac propterea non tanti facit, quod  
 in sua tepiditate permaneat. Ita protestatus est S.  
 Bernardus quibusdam Religiosis, qui similem fo-  
 „cerunt mutationem. Digitus, inquit, Dei est hic,  
 „qui operatur facile, & salubriter mutat, non iam  
 „ex malis bonos, sed ex bonis meliores faciens, ob  
 „mihi licuisset per locum, ubi estis vos transire, &  
 „visionem hanc grandem videre; volo enim, vos scire,  
 „non minus admirabilem esse hanc secundam pro-  
 „motionem, quam fuerit mutatio illa prima à seculo  
 „ad Religionem. Facilius enim multos seculares in-  
 „uenietis, qui mutentur in bonos; quam unum Re-  
 „ligiosum, qui mutetur in meliorum. Rara autem in te-  
 „ra, quod ex gradu virtutis, ad quem quis peruer-  
 „tatur, in Religionem, vel modicū ulterius progrediatur.  
 Hæc S. Bernardus. Et hæc fuit singularis D.N.gra-  
 tia in P. Balthassarem, ut efficaci suo verbo nonni-  
 peccatores iniustos: quam iustos in meliores con-  
 uerteret: efficiens, ut tardum gressum, in quo quo-  
 dammodo hæsitauerant, detestati, feruentur  
 passu progrederentur.

EV N D E M fructum faciebat exhortationibus  
 suis in nostris domesticis, cuiusq; hebdomadē fe-  
 ria sexta iuxta receptū morē. Et in prima quamto  
 cit factus Rector Collegij Metinensis tanto spē-  
 ritu est locutus, ut flammis ignis videretur in fu-  
 gitorum pectora immisisse, tatumq; fernorem ei-  
 ea hauserūt, ut per multis menses durauerit, qui  
 ipse subsequentibus exhortationibus etiam ren-  
 uabat. Quidam inter alios ibi habitantes, vir ali-  
 cuius authoritatis, sed proprij iudicij aliquo mo-  
 do tenax, dicebat: una eius exhortatione, aut spi-  
 rituali conferentia se ipsa doceri, ac moueri, ut



alius ex ea exiret, quām esset ingressus. Et similis  
 alius Pater sese illi subiecit, ac dedidit, dicens;  
 pareamus illi, utpote homini magnae orationis,  
 & cui Deus fauet. Et ego ipse hoc testari pos-  
 sum ex ijs, quā Metinæ sunt gesta. quod primam  
 exhortationem in Societate audiuerim ab ipso  
 Patre Balchassare quadam feria sexta ante nata-  
 le Domini transiens aliò per illud Collegium;  
 in qua exhortatione tanta vehementia est locu-  
 tus, vt valde ego admirarer: tantoque spiritu  
 aliquas sententias attulit, vt in hodiernum diem  
 mihi profuerint. Ipsa verò nocte Natalis Domini  
 cecinit ipse Sacrum; & conuersus cum San-  
 ctissimo Sacramento in manibus, vt fratres no-  
 stros, multosque alios sacerdtales, qui conuenie-  
 rant, communicaret: breuem etiam fecit exhor-  
 tationem cum magna teneritate, ac deuotione,  
 exhortans nos ad amorem, & reuerentiam illius  
 Domini, quem habebat præsentem. Hic mostune  
 erat in vsu, sed postea iudicatum est, expedire, hu-  
 iusmodi exhortationes in aliud tempus reijcere.  
 Et ego etiam reijcio quas ad Tyrone habebat, ad  
 locum proprium inferius. In ipsis etiam verbis  
 miram habebat efficaciam ad corda turbata pa-  
 canda: & tantam iam autoritatem obtinuerat, vt  
 vel vna eius ratio sufficeret, ad Auditores pacan-  
 dos, quemadmodum in multis casibus postea re-  
 ferendis apparebit, qui in alijs etiam locis eue-  
 nerunt.

In ipso Metinensi Collegio euenit, vt quidam  
 sacerdtales ingressus ad exercitia Societatis pera-  
 genda, cum ad meditationem de Inferno perue-  
 nisset, adeò efficaciter horrendas Dæmonum fi-

N 3 guras

guras conceperit, ut ratus, cubiculum esse plenum Dæmonibus; magna furia instar alicuius deliratus, surgens arriperet gladium, quem secum tulerat, eoque nudato, media nocte exiret per totum illud latus domus, feriens fortissime ipsos muros huc atque illuc, quasi Dæmones ipsos insequeretur, ut vulneraret: & sic peruenit ad cubiculum Patris Balthassaris, cuius ianua cum esset aliquantulum aperta, eò ingressus à destris & à sinistris percutiebat. Pater hominem ex voce agnouit, & statim intellexit, quid esset, & uno verbo iussit illum quiescere; quod ubi furiosus homo audivit, ac recognouit, statim substitit: Surrexit Pater, & eius brachio apprehenso, fecit eum sibi in scandone affidere, & paucis rationibus propositis, efficit, ut pacatus, & quietus in suum rediret cubiculum.

D E N I Q U E opinio eius Sanctitatis, & verborum efficacitatis effecit, ut multi sæculares, & Religiosi Metinam se conferrent, ut cum eo de tribus animarum suarum agerent. Alij, qui alibi prius eum nouerant, qualis fuit Magister Daza, qui Abula Metinam veniebat, transferuore, quem sancti huius viri colloquia, & rationes in ipso excitabant, spiritum suum renouaret; alijs ex ijs quæ de eo audiebant: qualis fuit granis quidam Religiosus ex sacro ordinе Carthusiensi Frater Alphonsus Roblius, qui Pallantium transiens, a quodam nostro Patre audiuerat, quanti fieret ab omnibus spiritus, quem Deus Patri Balthassari communicasset; & in signe eius talentum ad Societatis exercitū tradenda.



tradenda. Et quoniam ipse Frater Alphonsus cupiebat exercitia facere, contulit se Metinam, ut cum eo ageret. Et excepit me, inquit, tanquam Angelum ē cælo, etiamsi aliâs valde esset occupatus: mansi ibi sexaginta diebus sub eius disciplina, possumq[ue] verè affirmare, quamuis cum multis insignibus & spiritualibus viris antea egissem: nullum tamen ita pectus meum, atque ipsum impleuisse: in quo re ipsa agnoui magnum quendam spiritum cum excellenti in Deum fiducia. Et eodem nomine particularia alia referebat, quæ sibi cum illo agenti extra hanc occasionem acciderunt: quæ suis in locis inferius reddemus.

NON est tamen æquum præterire exactam rationem, quam Deus D. N. habebat in remunerando, etiam in rebus temporalibus huius servi, in rebus diuini obsequij & bono animarum diligentiam, vt liberius ipse, & absque impedimento eis adesset: nam valde moderata sollicitudine, & cura ex parte sua, ad alimenta pro suo Collegio querenda adhibita, propriecebat illi liberaliter de omnibus necessarijs: implens hac ratione verbum illud: b Matt. 6.31. *nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. querite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hec omnia adiacentur vobis.* Cùm enim P. Balthasar primo loco, summaq[ue] diligentia regnum Dei, eius Iustitiam, & Sanctitatem quæreret, non sibi soli, sed suis etiam omnibus & Metinæ habitantibus ita Deus

b Matt. 6.31.

N 4

rem

rem totam dirigebat, ut mille vijs, Eleemosynarum, & legatorum, ipso nihil tale quærente, Collegio benè prospiceretur: ita ut exiguis tunc redditibus, nec contractis debitibus, aleret sexaginta, aut septuaginta Religiosos, qui numerus multò maior est, quam ante ipsum, & post ibi alerentur. Et in suis angustijs, quoniam diuinæ prouidentia omnino confidebat: illa ei prospiciebat, & ex necessitatibus eripiebat: ita ut nesciens vnde, quomodo, se ab eis expeditum intelligeret,

## CAPUT XVII.

*LABORES ET PERICULA, QVI  
bus in gratiam animarum se exposuit; &  
quædam insigne occasione, in quib⁹  
magnam suam charitatem  
ostendit.*



ON generatur nec alitur spirituales filii solis orationibus exhortationibus, aut literis: iam valde spiritualibus datis nisi etiam accedat defatigatio labores, & pericula, quæ sufficienda & adeunda sunt, ad eos conuertendos, lucrando, & conseruandos, ut in omni virtute promouendos. Ideo enim de mystica illa muliere in Apocalypsi (qui Ecclesiam & eius ministros referebat) dicitur: a quod in utero habens clamabat parturiens, & cruciabatur, ut pariat; & Apo-

